

# DECISIONES. SEV DIFFINITIONES

CAVSARVM TERYSTINARVM  
ET PROVINCIÆ VMBRIÆ,

*Perusie & Provincia Umbria Auditore generali, Auctore.*  
*Opas hoc quidem in foro versantibus valde vito & fructuosa ex quo et apicem  
reperiuntur tradita, que ad praxim necessariae sunt.*

*Cam Similitudines & Argumentum invenientur. Decisiones, & iudicia de rebus  
et verborum locupletissimo. De ceteris combiniatis  
de legge. PARS PRIMA ET SECUNDA.*



LEGDV  
EXPENSIS PETRI LANDRY.

M DCVII


# IOSEPHVS LUDOVICVS

I. V. D. PER VSIAE ET VM BRIAE

A V D I T O R.

S E N E V O L O L E C T O R I S.

**N**VNQVAM sanè fuit consilium meum, candide Lectori, quicquam in lucem cmitendi, nec enim tantum mihi tribuo, tantumque eruditionis arrogo, vt alios docere me posse profitear, atque immensam in iure nostro Commentariorum copiam adeò excreuisse videbam, vt non paucæ opinions, quæ superioribus sœculis habitæ fuerint communes, nostris temporibus improbentur, atque Iurisconsulti, in diuersas ac sœpe contrarias partes disputant, sibiique inuicem aduersantur, vt verum à falso, iustum ab iniusto discerni vix possit, ea præterea est nostrorum temporum iniquitas, atque improbitas, vt pro summo labore summisq; vigiliis summa sœpe inuidia, summū eriam nonnunquam incommodum consequatur, quod maximè Pindarus conqueritur. abhorrebam quoque ab edendo, quod sciebam minimè defuturos malevolos obtrectatores, qui quidem obiiciant ex alienis laboribus magna ex parte hasce Decisiones compilatas esse, verùm quanquam hæc aliasque me ab editione dehortabantur, pluristamen apud me fuerunt quorundam rogationes, vel iusfa potius, quorum authoritatè plurimum mihi tribuendum est, quamvis enim illud afferrem, quod sanè verissimum erat, eo me consilio has lucubrationes confecisse, vt futuros labores subleuarent, non vt vnaquam ederentur, nihil tamen apud eos profeci. Itaque coactus, ne viderer gravissimum ipsorum iudicium, summagque bencuolentiam paruisfacere, pollicitus sum aliquot me Perusinas Decisiones emissurum: vt si iuris studiosis peritisque viris non improbari eas perspexero, alteram deinde partem ipsarum audacius possim emittere, qui enim verecundiae fines semel transierit, oportet eum bene, & nauiter esse impudentem, vt ait M. Tullius, neque verò qui existiment alienas me allegationes subtraxisse, ipsi enim excellentissimi Iurisconsulti optimi testes erunt, nam & in paucis ex istis causis fuit per eos allegatum, & in quibus fuit, vt obiectib[us] responderem, semper præstantissimorum Doctorum nomina posui. Vale. Perusiae, pridie Idus Iunij, 1572.



# GREGORIO XIII. PONT. OPT. MAX.



JOSEPHVS LUDOVICVS ASI-  
SIAS, PERVSIAE, ET VMBRIAЕ AVDI-  
TOE, FELICITATEM.



N MAXIMA atque communis totius Christia-  
nae Reip. letitia & gratulatione dabis mihi quoque hanc  
veniam, Beatis. Pater, si & ego, quamquam ita a tene-  
bris omnibus disto, ut vix aspirare ad te licet: adieco,  
sanctissimos pedes tuos osculatus: ut de celsissimo, ce-  
lesti dignitatu gradu, in quo nunc es collatus, quo qui-  
dem secundum Deum nullus est maior. Vere atq. ex ani-  
mo gratulatus, video nanque, mecumque magna  
quadam cum admiratione cogito, quantum sis bonum  
consecutus: quo & ceteris mortalibus prestas omnibus,

& proxime ad Deum accedis, neque vero tantum gratulor, quod Pont. Maximus factus  
sis: quod alii multis contigit: quantum, quod ita factus, ut nesciam, an ulli unquam  
alii contigerit. quando enim alias auditum est, Amplissimos Ecclesie Antistites altero die  
simul ad creandum summum Pontificem coactos esse, altero vero creasse? quod quidem per-  
spicuum fuit diuina voluntatis argumentum. cum enim optimus & clementissimus Deus  
sua semper Ecclesie consuluerit: cum vero his turbulentissimis, ac periculosissimis tem-  
poribus clementie, prouidentiaeq. indicium dedit, cum immanissimus Turca perpetuis  
Christiani nominis hostis, Victoria elatus, insolenter ingenti classe mari vagaretur, ditionis  
que Christiana minitaretur, eam nanque Christianis Principibus immisit mentem, opera  
preferunt, & consilio P. I. V. Sanctiss. Pontif. in cuius tulocum felicissimis auspiciis suffi-  
ctus es, ut, initio quae fædere, & maxima comparata classe, hostem sint concordissime ag-  
gressi: eamque de eo reportaverint victoriam, qua nulla maior post hominum memoriam  
memoratur. cuius Pontificis vestigia et imitaturum, longeque maiora effecturum, boni om-  
nes, eosque sperat Christianus orbis. in quo etiam Lucium II. Pont. Max. concium tuum  
imitaberis. cuius conatu omnes ad propellendos, ac profligandos Christianorum hostes spe-  
clarunt, ac rectera u nunc est rerum statu, atque occasio, ut nihil aliud curandum sit, quam  
ut hostis iste seufsimus, qui illud unum dies, ac noctes cogitat, illud unum studet, ut  
omnia in ditionem suam redigat pellatur: ita ut nostris temporibus teque Pontifice, Eu-  
gelicum illud de uno Pastore, de quo uno ouili verum appareat. atque te quidem talem  
anteacta virtutia magnis in rebus cum aliis in locis, sum vero Roma, quod est celeberr-

# DECISIONVM CLARISS. DOCTISSIMI QVE IVR.

VTRIVSQUE DOCTORIS.

DOMINI JOSEPHI LUDOVICI AB ASISIO,  
Perusiae, & Umbriæ Auditoris generalis.

## PARS PRIMA.

CONTINENS SEXAGINTA PRACTICABILES CON-  
trafuriosas, seu quæstiones iudiciales ab ipso decisas, in frequentioribus materiis,  
quæ in praxi controverti solent.

### DECISIO PRIMA.

SUMMARIUM.

1. **F**URIOSVS non habens dilucida interwalla, etiam quodcumque testatus fuerit, nisi probetur, quod tempore alterius gesti erat sane mentis, eius testamentum non valeret, sed contra iurisprudentiam.
2. Furiosus quecumque agit ignorat.
3. Amplius hoc procedere, sicut furiosus disponat ad prius consuet.
4. Index debet sequi voluntatem patris.
5. Furiosi contralium non valeret, sicut nec rofamentum.
6. Ibi invenit, ubi absit, ibi furore adest.
7. Testamentum vel alienatio furioso non teneat, nisi contrahens ex parte sanus mentis.
8. Fatuus presumitur ex donatione, declarata utriusque.
9. Actus quod valeat in dubio debet interpretari.
10. Sanus mensur qui in dubio presumitur.
11. Alterius factus quando conuenit homini sane mentis, quis debet presumi sane mentis.
12. Valens Maximi locure confessio dicentes, Roma fuisse in senatu approbatum testamentum demissum, cum non interficeret evaditum.
13. Actus gestus à demone si conueniat homini sane mentis, diebus non probetur tempore celebratis aliis suis sane mentis, aliis valeat, qd est verius & magis communis opinio.
14. Sana mens amicorum non requiritur in hominæ disponentis de rebus suis.
15. Ex donatione quodcumque presignatur facienda hic ex officio expiscatur.
16. L. si furioso, ff. de curat, furiosus, quomodo procedat, narratur.
17. Demens quia non presumitur ex denuntiatione facta a parte in instrumento, etiam dato curatore, nisi post mortem testatoris dictus curator confirmetur.
18. Pro decreto semper presumitur.

### Argumentum.

ACTVS gestus à furioso (si conuenit homini sane mentis) sufficit ex ve-

riori & cœmuniiori opinione doctorum.

Et denominatio facta à testatore in testamento, quod quid sit fatius cum datione curatoris, nihil operatur, nisi post mortem testatoris dictus curator confirmetur.



ERSANTES de castro Gualdi Catancorum Spoletani diocesis codidicis testamētū, in quo heredem vniuersitatem insituit Franciscum eius filium, & casu, quo dictus Franciscus deceperet sine filiis legitimis, & naturalibus substituit ei dominam Durezzam, Clasicillam, & Theodoram, adiiciens insuper in dicto testamento, quod dictus Franciscus non posset disponere de dictis bonis sine curatore, cum non sit linea mētis, moritur dictus Persantes, remanente dicto Franciscō, qui donauit medietatem dictorum bonorum dicto Thedorō eius frōtri, non oblitus dicto fideicommodo, quo dicebat non potuisse grauiari, quin saltem de legitima, & Trebellianica disponere possit, reseruauit tamē sibi quedam bona causa testandi, & vsum fructū.

Moritur dictus Franciscus sine filiis, & unaquamq; ex ipli mulieribus, & sororibus dicti Frācisci, petebat iē immitti in possessionē protertia pars dictorum bonorum, cum esset purificatum fidicōnum istum, dicta autem dominia Thedora volebat propriaam medietatem dictorum bonorum cauila dicta donationis, cui ramen dōnati vidēbarūt resistere resiliētū dicti Persantis, in quo dedit ei curatorem, tanquam non laxe intentus, fuit dubitatum quid iuris.

Pro dictis mulieribus contra dominam Theodoram primo faciebant, quæ scripsit Bald. in §. item furiosi, institu. quib; non est yicimil. facit, testamen. quem sequitur tal. in furiosum. in 3. limit. C. qui testamen. fac. poli. vbi dicunt, quod furiosus & non habens dilucida internalia, etiam quodcumque testatus fuerit, eius testamentum non valeret, immo etiam quodcumque habeat dilucida inter-